

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 6789

**Autre(s) référence(s) :** Round 525

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Aunay-sur-Odon, Notre-Dame d'Aunay (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1156-1159]

**Lieu d'émission :** Domfront

**Action juridique :** confirmation générale

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation des biens de l'abbaye d'Aunai.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CV, t. 1, p. 209-211.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 525.

## Dissertation critique

« Souscription de Robert du Neubourg, mort en août 1159 » : datation proposée par DELISLE/BERGER.

Texte établi d'après a

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, omnibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et fidelibus suis Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et in perpetuam elemosinam confirmasse Deo et ecclesie Sancte Trinitatis et Sancte Marie de Alneto, et monachis ibidem Deo servientibus, omnes illas donationes et terras et tenuras et elemosinas queque eis rationabiliter facte sunt, sicut donatorum carte testantur, videlicet : Ex dono Jordani de Saio et heredum suorum, ad Alnetum partem foreste, sicut via descendit versus domum Osberti Carpentarii et terram de Repentio, concessu Radulfi de Burone et heredum suorum, et nemus quod ipse Radulfus habebat juxta nemus Ansetilli, et decimam molendinorum et telonei et virgultorum et pecorum de Alneto et Romilleio, et decimam anguillarum, et duas garbas decime de Bacheio, et ecclesiam de Herovilla, et quicquid habebant in ecclesia de Ranvilla et in decima, et decimam molendini de Deserto ; et in Balerio ecclesiam cum tota decima, et decimam molendini et decimam domini de Cormolain, et decimam domini de Deserto, et ecclesias de Cenilleio cum decimis et terram elemosinarum

eisdem ecclesiis pertinentem, sicut Guillelmus filius Guidonis illas habuit ; item terram de Aneriis ; item in Anglia ecclesiam de Curcuntona cum terra elemosine et cum omnibus aliis pertinentiis suis, et in Bernecestria decimam domini, et capellam de Girla cum decimis domini. Ex dono Roberti de Mattonno decimam duorum molendinorum [suorum] super Oudonem, et decem acras terre de dominio suo apud Sanctum Georgium, solutas et quietas ab omni consuetudine et servicio. Ex dono Unfredi de Burnovilla, quatuor acras terre. Ex dono Roberti filiastris Othonis, totam terram suam, inter Montem Mere et fluvium Odonis. Ex dono Ansetilli de Monte de Lencheio, duas acras terre. Ex dono Serlonis de Burdel et Guillelmi nepotis ejus, totam terram suam et homines suos de parrochia Sancti Georgii. Ex dono Guillelmi de Maisnillo, L. acras terre in landa juxta Balcheium. Ex dono Roberti Britonis, totam terram suam super Montem Mere in Villula. Ex dono Jordani Taxonis, unum m[illiare] anguillarum apud Sanctum Salvatorem. Ex dono Radulfi filii Radulfi de Grennevilla, feodum Godefridi de Crahun. Ex dono Gilleberti de Sai, totam terram suam de Vennis, et ex proprio dono domine Lucie, C. acras terre de hereditate sua. Ex dono Rogerii Mali Filiastris et Walterii Peilevillein, decimam de marescheto in parrochia de Ranvilla. Ex dono Clarembaldi, unam acram terre. Ex dono Engerranni de Port, XX. acras terre in parrochia de Undefontana et decimam molendinorum. Ex dono Roberti Britonis predicti et Cecilie uxoris sue, decimam de Maiset, concessu Gilleberti de Vilers. Ex dono Roberti Escorchebeef, decimam suam de Maldreio. Ex dono Radulfi Parvi et fratrum suorum, sex acras terre apud Fierevillam. Ex dono Roberti de Haya, XXX. acras terre apud Mesnillum Gildewini, concessu Hugonis fratris sui. Ex dono Fulgerii clerici, decimam quamdam apud Sanctam Crucem, concessu Gilleberti de Villers. Ex dono Geroldi de Logiis, unam acram terre apud Logias. Ex dono Guillelmi de Sula capellam Boni Fossati, cum LXXII. acris terre, et decimam molendini sui, et decimam hominum suorum de Maisnillo Hasculphi, et terciam garbam de parrochia Boni Fossati. Ex dono Petri de Sancto Hilario, quinque acras terre apud Fraxinum. Ex dono Philippi de Salterville, unam acram vinee in Rameia. Ex dono Roberti de Sancto Remigio senis, locum intra Torineium qui vocatur Sanctus Nicolaus, cum prato et boscho quod pertinet, et decimam molendini sui de Columbers. Ex dono Roberti de Trimovilla, duas garbas decime de dominio suo in villa de Condeio in Hausset. Ex dono Roberti comitis Gloeestrie, molendinum de Sancto Nicolao, et exclusam in terra sua et molturam de hominibus qui illuc veniunt molere. Quare volo et firmiter precipio quod predicti monachi habeant et teneant omnia hec predicta in perpetuam elemosinam cum omnibus pertinentiis suis, libertatibus et consuetudinibus et quitationibus suis, in boscho et plano, in pratis et pasturis et in aquis et molendinis, in viis et semitis, infra burgum et extra, et in omnibus locis et in omnibus rebus, ita bene et in pace et libere et quiete et honorifice, sicut carte donatorum hec testantur, et sicut testantur carte regis Henrici, avi mei.

Testibus : Nigello Eliensi episcopo, et Hilario Cicestrensi episcopo, et comite Raginaldo, et Roberto de Novo Burgo, et Richardo de Humetis constabulario, et Manasser Biset dapifero.

Apud Damfrontem.